



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem  
Contagiosam Aliosqve Morbos**

**Wichmans, Augustin**

**Antverpiae, 1626**

Cap. XXXV. De S. Martiali Lemouicensi Episcopo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9653**

## C A P. XXXV.

*De sancto Martiali Lemouicensi Episcopo.*

**S**uperiori capite luem pestilentialem per reliquias S. Remaclii propulsatam diuinitus audiuimus: nunc quomodo ab eadem Lemouicenses, per sacra ossa sancti Martialis sint liberati, audiamus. Martialis (non ille ex Bilbili Hispaniae oppido jucundissimus & lepidissimus poëta) unus è discipulis sancti Petri Apostoli, quo cum ex Oriente Romam venerat, & ab eodem in Gallias ad prædicandum Euāgelium Christi amandatus, Lemouicenses, Burdegalenses, Tolosanos, Cadurcenses aliosque qui à Rhodano in Oceanum vergunt populos ad fidem perduxit perductosque in pietate Christiana instruxit. Tandem dierum plenus magistrum suum ex humanis ad cœlestia subsecutus est anno septuagesimo quinto, corpus apud Lemouicenses terræ mandatum fuit. Porro quod ad rem nostram attinet, author historię Aquitaniæ meminit cuiusdam elevationis sacri eius corporis sub Præfule Lemouicensium Alduno (diuersæ tam & multò antiquioris, quam ea quæ contigit anno 1029.) factamque eam refert ad propulsandam luem grassantem, ac mirabilem effectum esse subsecutum scribit his verbis. His diebus (annum non reperio) lues gravissima Lemouicinos deuorauit, incendens corpora, & exardescendo deuorans donec omnes Aquitaniæ Episcopi Lemouicæ congregati corpus B. Martialis ab i-

Vide Ba.  
ron. an.  
75. & an.  
1029.

mo

mo sublatum sepulcro , mortalium visibus ostenderunt,  
 & mox pestis cessauit. ita author. Immiserat olim Deus  
 in populum ob murmurationes continuas (nam propria  
 Iudaorum hæreditas, inquit alibi Cyprianus , erat mur-  
 murare) ignitos serpentes (murmuratores enim & detra-  
 stores acuerunt linguam suam sicut serpentis , inquit  
 Psaltes) erexit Moyses æneum serpentem posuitq; eum <sup>Num. 21</sup>  
 pro signo quem cùm percussi aspicerent, sanabantur : ita  
 planè eleuato sacro sancti Martialis corpore Lemouic-  
 ensis populus ad eius aspectum ab ignita lue sanatus  
 fuit.

Tradunt insuper hunc illum fuisse puerum de quo An-  
 dreas olim Domino dicebat , Est puer hic habens quinq;  
 panes & duos pisces : at quod volunt fuisse ex septuagin-  
 ta duobus discipulis, opus esset affirmare non sic ætate  
 fuisse puerum nominatum, sed more Hebræorum, qui &  
 homines grandioris ætatis pueros nuncupabant , ac po-  
 tissimum ministros ; per catechesim nempe , quia pueri  
 solent ministrare parentibus & senibus. Similisque phra-  
 sis seu figura est in hoc Belgio, vbi vocantur pueri Hol-  
 landici , etiam viri proceri & grandæui, quia matres  
 Hollandicæ præ alijs matribus mirè filios suos etiam  
 gratidæuos astant , ideoque eos vocant & tractant ut  
 pueros: hinc etiam ob itinatam sibi bonam indolem om-  
 nes Bredani, pueri vocantur, vulgo, Wædaels kindt. Tra-  
 ditur etiam suscitasse mortuum admoto ei baculo sancti  
 Petri, quem ab eo sibi datum Romæ acceperat; eumque  
 illum ipsum esse, qui hactenus magna religione asserua-  
 tur Burdegalæ, in antiquissima Ecclesia sancti Seuerini,  
 est firma traditio illius provinciæ. Itemque Lemouicis  
 primùm in vniuersitate Gallia dicasse templum in honorem  
 S. Stephani protomartyris, dirutis quæ in eo loco pride-  
 milq; novæ A. a. 1300 studiis ou-  
 gen-  
 ni

gentilitas coluerat simulacris. Galliarum meritò dicendus Apostolus, vt potè qui multis annis ante Dionysium Areopagitam, illas pro parte ad Christum conuertit. Hic enim priùs post annum 98. in Gallias à Clemente directus fuit vt nobilissimæ jam coalescenti Gallicanæ Ecclesiæ pastoribus destitutæ, insignis toto vir orbe succurreret, cùm jam Martialis ante 22. annos dudum obiisset.

---

## C A P.    X X X V I .

*De S. Bennone Episcopo Misnensi.*

**M**Agnes Schismaticorum oppugnator & indefensus etiam post mortem suam Apostolicæ Sedis propugnator S. Benno Misnensis Episcopus, non ignobilem in hoc magnorum sacerdotum choro locum exigit; peste enim Ecclesiæ hostes ipse percussit: peste etiam deuotè eidem subiectos filios liberauit. Natus hic est inclyta Saxoniæ ciuitate Hildesheym, olim Benopolis nuncupata à Bennone quodam, vt ajunt, conditore Hieron. Emser. in vita. Phrygio, parentibus insigni nobilitate & eximia pietate spectatis. In Francia S. T. Doctor juuenis admodum renuntiatur, religiosum habitum in Monasterio S. Michaelis suscipit, ac paucò post tempore eiusdem Abbas eligitur. At vir Dei contemplatiuam magis vitam desiderans, cùm tribus tantùm mensibus in præfectura stetisset eadem vltro resignat. Sed incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim. nam Deo vocante, licet iniuitus, ad Episcopatum Misnensem posteà compellitur suscipiendum. in quo munere omnes partes veri Episcopi adimpleuit.

In.